scriptam praesentibus parte Recognoscentem abcessam, cum Universis ipsius Utilitatibus et Usufructibus Competentiaq. et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi illiq. quiete et pacifice Usufruendi, Summam praefatam Trium Millium Quadringentorum Florenorum Polonicalium parte Recognoscentem transfusam, tollendi, levandi et percipiendi, de levata et percepta quietandi pro eademq. si non fuerit persoluta Jure agendi, processus quosvis Judicianos instituendi ac iudicandi, et ad debitum Executionis finem perducendi, praemissaq. omnia tanquam sua propria ad Suos et Suorum Successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi, Juris praefati Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentiq. cessi et transfusi Vigore.

Jurzanski Jurzanskie Quietat.

34 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Alexander Jurzanski Nobilis Stephani Jurzanski filius Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq. Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum ac sinet secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. Subjiciendo palam libere publice ac personaliter recognovit. Quia ipse Nobiles Hrehorium Andream et Theodorum Jurzanskie fratres germanos de Suscriptione Obligatoria Castrensi Capitaneali Praemysliensi de actu ipsius Feria Secunda post Festum Sanctae Dorotheae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto et in bonis ducibus quavis agris cum Laboriosis Janusko Dmitr Wasilkowiczi dictis in eisdem quavis residentibus de Anno ad annum et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Summa Trecentorum Flore

torum Florenorum Polonicalium hærente Quietat emittet, dimittet liberumq́ et absolutum facit et perpetuo pronunciat. Inscriptionem eandem Obligatoriam tum et alias prætensiones ex illa provenientes Cassat mortificat, et annihilat sibi suisq́ Successoribus perpetuum imponendo silentium.

Turzanski Dubrawskiem Obligat 341

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Hrehorius Turzanski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq́ Suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo præsentibq́ vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quæ ad actum modernum attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ Subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et hæreditaria infrascripta Videlicet, Laboriosos Hryczko et Symko Lirowiec dictos cum Heribus liberis, totaq́ Suppellectili domestica, in Una quarta agri residentes in Villa Topolnica Terræ et Districtus Premysliensi consistentia, cum omni prædmissorum Iure Dominio proprietate, tituloq́ obligatorio cumq́ omnibus et singulis eorundem bonorum Utilitatibus fructibus, prouentibus redditibus, commodis emolumentis obuentionibus quibusuis, nec non præfatis subditis eorumq́ subditorum laboribus, censibus, dationibus Vectoris necnon officijs et obsequijs quibusuis, attinentijsq́ et pertinentijs generaliter Universis nihil ex præmissis Iuris Dominijq́ proprietatis, ac cuiusuis Competentia et prærogatiua pro se Recognoscente suisq́ Successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum ita late longe et circumferentialiter, prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat ipsumq́ concernebant, ac eidem legitime seruiebant. Iam ex nunc et defacto Nobilibus Samueli Dubrawski et Mariannæ